

esse, quasi dei dispensatorum et ad Timotheum: Noli negligere
gratiam, quae in te est, quae tibi data est per impositionem ma-
nuum presbiteri. Sed et Petrus in prima epistola Presbiteros inquit
in vobis precor compresbiter et de his passionum Christi et fidei
gloriae, quae revelanda est. Quod autem postea unus electus est,
qui ceteris praeposuit, sacramentis remedium factum est, ne unusquisque
ad se habens Christi ecclesiam irumpere. ^F Documentis patefactum est,
quod ipse sit presbiter, quod est episcopus. ^H Ipse cum presbiter manus
impositionem accipit, ab ceteris praeposuit et specialiter episcopus ap-
pellatur. Nam quidem in eo, quod est presbiter, seruam consecratur.
et non potius in eundem manus impositionem augmentum episcopi mi-
nistrii quod non habet, accipit. Sic itaque, sic Formosus in illa ma-
nus impositione non id, quod episcopus erat, perdidit, sed augmentum apo-
stolicae dignitatis, quod non habebat, accepit. Haec igitur ad ea, quae ipse
de manus impositione obiecerat, respondisse sufficiat; ceterum au-
tem interrogavimus eos, qui praesentes fuerint, quando Formosus inthroni-
zatus est; sed dixerunt, procul dubio falsissimum esse, quod Formosus in
illa translatione manus impositionem acceperit. Sed quemadmodum in
itinere ambulantes precibus effusis Deum exorant, ita et nos guber-
natorum omnium exorantes, deducimus eum ad apostolicam sedem,
ibique inthronizavimus eum, dantes congruam orationem.

27. Ut qui rivalitates et lites inter se habent, alter eorum ad-
versus alterum non possit testimonium profere. ^{Def.} Adhuc super-
sunt idonei testes, qui Formosum non rite inthronizatum fuisse,
sed in eodem ordine, quem habebat iterum sibi manus impositionem tri-
bui fecisse testificantur. ^{Def.} Haec accusatio penitus absurda esse de-
prehenditur; alioquin iuxta suam sententiam non fuerint episcopi,
qui eum inthronizaverant, sed potius bruta animalia. Ego enim, et non

^F Hucusque s. Hieronymus; nos autem revertamur ad id quod coepimus. Ecce probabilibus